

Lwowska Naukowa Biblioteka im. W. Stefanyka NAN Ukrainy. Oddział Rękopisów.
Zespół (fond) 141.

ZBIÓR ALEKSANDRA CZOŁOWSKIEGO

Dział (opis) I

1705. Materiały do spraw dziesięcinnych w biskupstwie chełmińskim XVIII w.

STRONY NIEZAPISANE NIE ZOSTAŁY ZDIGITALIZOWANE

Dziesięć
Jeh prawa : Zwyczoje
oraz jak takowe uważać należy
Przywileja



Inter Illustrissimum et Reverendissimum Motu.
Kienicz et Reverendum Barszaczewski in Curia
Romana Decretum 4^{ta} Martii 1744.

Nerius Tituli S. Iustachii S. Romanae Eccle-
siae Diaconus Cardinalis Corsinus nuncupatus
Signaturae Iustitiae Sanctissimi Domini No-
stri Papae Praefectus apostolica auctoritate
Deputatus. Universis et singulis praesens No-
stri Decreti Instrumentum visuris et
audituris salutem in Domino. - Noveritis quod
proposita nuper et sub die 27. Februarii mox
elapsum in plena congregatione Signaturae Ius-
titiae, habita coram Nobis lite et causa ver-
sante inter Illustrissimum et Reverendissimum
D. Felicianum Motokowies Episcopum Chet-
mensensem ritus graeci unitis, ejusque R. R. Pa-
rochos praefati ritus ex una et A. R. Do-
minum Josephum Barszaczewski canonicum
Leopolitensem Praepositum et Parochum respecti-
ve Potylicensem prius isthic in partibus, legi-
time ad hunc effectum citatum, coram Nobis
et postea hic in curia romana, attenta illis
contumacia demum citatum per contradictas
ut est moris, partibus ex altera de et super
praesentia per dictum R. Praepositum et
Parochum Potylicensem ritus latini ex
actione Decimarum a rusticis et agricolis
Rutenis signanter villarum Harmonka
et Hrebenna emanaverit Rescriptum,
nempe circumscriptis omnibus gestis in

/ Tribunali

Tribunali Laico causam huiusmodi spectare
ad Sacram Rotam. Quae circa pro parte
et ad Instantiam praefatorum Illustrissi-
mi et Reverendissimi Episcopi Chetimensis
ejusque R. R. Praetorum dicti ritus grae-
ci uniti, principalium Instantiarum, accu-
sata Denno contumacia ejusdem Reverendi
Praepositi Potylicensis non comparentis, ne-
que comparere curantis, illoque iterum cita-
to coram Nobis et de mandato Nostro, per
audientiam publicam literarum contradictarum
ejusdem Sanctissimi Domini Nostri Papae
ad videndum in executionem Rescripti plenae
Signaturae Justitiae emanati in causa hu-
jusmodi sub die 27. Februarii ad relationem
R. L. D. Muti mandari purgari attentata
per R. D. Josephum Barsarceovnik Praepo-
situm Potylicensem prius in partibus et
postea hic in Curia per contradictas legitime
citatum commissa, ob recursum ad Iudices
laicos in causa de qua, et pro effectu pur-
gationis illorum, circumscripti capere et ab-
oleri omnia et singula licta gesta et acti-
cata in partibus coram Tribunale laicali
S. D. Iudicis asseporialis Leopoliensis contra
suprascriptos et infrascriptos Instantes
super praetensa praestatione Decimarum
a rusticis et agricolis ruthenis villarum
Karmionka et Hrebenna contra formam
Decisionem rei iudicatae et sententiarum
rotalium alias emanatarum in Sacra Rota
causamque

causamque huiusmodi Declarari spectare et
 remitti ad Sacram Rotam, praedictamque
 R. Praepositum Potylicensem adversarium
 colligantem in omnibus expensis, damnis
 et interese condemnari ac sibi inhiberi
 sub poenis attentatorum ac excommunica-
 tionis, aliisque arbitrio, ne audeat in cau-
 sa huiusmodi quidquam in partibus inno-
 vare et Deverum semper opportunum
 fieri et interponi, audiendum ad diem in-
 praescriptum. Qua adveniente, comparuit
 in Iudicio legitime coram Nobis P. et R.
 Petrus Puschi Procurator hic in Ro-
 mana Curia praedictorum Illustrissimi
 et Reverendissimi Domini Episcopi Chet-
 mensis ritus graeci uniti, ejusque R. R.
 Parochorum principalium Instantium
 et de opportuna Decreto sibi et parti suae
 instanti in praescriptis provideri debita
 cum instantia exposulavit. Nos igitur
 Instantiae huiusmodi tanquam justae ar-
 gumentis et in executionem Rescripti ple-
 nae Signaturae Instillitiae procedentes
 mandavimus, prout per praesentes mandamus,
 purgari attentata ut supra commissa, et pro
 effectu purgationis illorum circumscriptimus
 prout circumscribimus, cassamus et pro circum-
 scriptis cassatis et aboleto haberi volumus, om-
 nia et quaecunque acta gesta et acticata in
 partibus coram Illustri Tribunali Laicali asses-
 soriali Scopoliensi ut supra ad causam huius-

mod

modi ad Sacram Rotham remisimus prout
per praesentes remittimus iuxta formam su-
praedicti rescripti plenae signaturae Iustitiae.
Quae omnia et singula praemissa vobis om-
nibus et singulis supradictis caeterisque aliis
ad quos spectat atque spectare poterit quo-
modolibet in futurum intimamus notifica-
mus et ad vestram et cuiuscumque vestrum
notitiam deducimus, ne de praemissis igno-
rantiam aliquam ullo unquam tempore alle-
gare valeatis. In quorum fidem has prae-
sentes per infrascriptos R. F. D. Auditorem
nostrum et Notarium subscriptas, nostras
que sigillo munitas extrahi mandavimus.
Datum Romae ex palatio Nostrae solitae
residentiae anno a salutifera nativitate Do-
mini Nostri Iesu Christi 1744 In Dictione
Ira die vero Mercurii 4ta martii Pontificatus
autem Sanctissimi Domini Nostri Domini
Benedicti Divina providentia Papae XIV. An-
no eius quarto. V. Parraciani Auditor
Pro D: Vincentio Acetiv & Notae Nota-
rio Ludovico Pirus ejusdem Sanctae Rotae
Notarius Administrator. L. S. —

Ex parte Perillustri et Reverendissimi
Włodkiewicz Episcopi Chetmensis Ritus graeci
contra Reverendum Praxacensem Praepositum
Polylicenum per Curiam Romanam edita
citatio. N. Augusti 1744.

Nervius Tituli S. Eustachii & Romanae
 Ecclesiae Diaconus Cardinalis Corsinus nuncius
 pater Signaturae Iustitiae Sanctissimi Domi-
 ni Domini Nostri Papae Praefectus, aposto-
 lica auctoritate Deputatus. Universis et sin-
 gulis R. D. D. D. Abbatibus Prioribus, Praeposi-
 tis Decanis, Archidiaconis, Praesamaris tam
 cathedralium quam collegiatarum canonicis
 parochialiumque Ecclesiarum, Rectoribus, Cura-
 tis, Capellanis, ceterisque Presbyteris, Clericis, No-
 tariis et Tabellionibus publicis, quibuscumque
 illique vel illis, ad quem, seu quos praesentes
 Nostreae, imo apostolicae litterae pervene-
 rint aut praesentabuntur, quibuscumque nomi-
 nibus censcantur, aut quacumque profulgeant
 dignitate, salutem in Domino &c. — Noveritis
 super et sub infrascripta die fuisse coram No-
 bis comparitum pro parte et ad instantiam
 Reverendissimi Domini Feliciani Włodkiewi-
 ciewicz Episcopi Chetmensis ritus graeci uniti
 ejusque P. R. Parochiorum dicti ritus principa-
 lium instantium et expositum qualiter sub
 J. Die

Die 27. Februarii currentis anni 1744. Citato prius legitime et personaliter isthinc in partibus vigore Nostrearum litterarum citatorialium R. D. Josepho Parvacoenski Praeposito et Parocho Potylicensi ritus latini ex adverso colligante, et deinde hic in Romana Curia per audientiam publicam litterarum contra, Dictarum Sanctissimi Domini Nostri Papae, attempta illius contumacia, ut est moris, proposita fuerit in supremo Tribunali Signaturae Iustitiae Sanctitatis mae Apostolicae Commissionis cedula tenoris sequentis: Beatissime Pater! Licet devoti Sanctitati Vestrae creatores Epi, scopus Chetmensis et totus Clerus secularis ritus graeci unius latini, ac R. R. Parocho dicti ritus villarum Kasmionka et Hrebonna reperiantur in reali, actuali et pacifica possessione percipienti Decimas manipulares ab agricolis ruthenis, vigore quam plurimum decisionum et sententiarum, quae diversis temporibus emanarunt, in Sacrae Rotae Auditorio coram Con. mem. Priolo, Taja, Bourlemont, et Allegado subinde in rem iudicatam transactarum cum successiva litterarum executorialium, et Declaratione, expeditione, ob non factam partitionem dictis literis executorialibus Notabilibus contra Admos D. Capisulum et canonicos Ecclesiae Chetmensis latinos

/ omnesque

9

omnesque alios &c. Nihilominus his non obstanti-
bus, quidam Reverendus Dominus Josephus Bar,
sacerdotalis Parochus Lotylicensis latius in exor-
tationem praefatarum sententiarum et rei iudicatae
non minus nulliter, quam iniuste, scandalose et
attentate licitum sibi fuit, agricolas ruthenos
praefatarum villarum evocare in iudicium coram
Tribunali seculari D. Iudicis aepiscopalis Chetomensis
pro praestatione praefatarum decimarum, a quo
in confirmacionem oratorum Secretum favorabile
reportavit: verum quia Pater Sanctissime vigore
praefatarum sententiarum rothalium in iudica-
tum transactarum nullibi adversaria praetensio
potuit et potest examinari, quam in Sacrae
Rothae auditorio, et multominus coram Iudicibus
saecularibus ex eo, quia alii Iudices licet compe-
tentes cognosci nequeunt, de viribus praedictarum
Sententiarum Rothalium: ideo praedicti oratores
supplicavit humilliter Sanctitati Vestrar, quate-
nus dignetur circumscriptis omnibus gestis coram
Tribunali laicali praedicto, ac purgatis attentatis
causam ex integro ad Sacram Rotam remittere,
in minimis causam et causas appellationis, apella-
tionum, ac nullitatis ex tribus attentatorum et
innovatorum quorumcumque ac restitutionis in
integrum, prout de jure alicui ex vestri Sacri
Palatii apostolici causarum auditoribus seu

J. Loumtenants

locum tenenti audiendi, cognoscendi, decidendi, sine,
que debito terminandi, committere et mandare
cum facultate citandi et inhibendi etiam sub
censuris, quos quibus, ~~quibus~~, ubi et quando &c. alia,
que faciendi et exequendi necessaria necessaria et
opportuna, praemissis nec non constitutionibus et
ordinationibus apostolicis stylo palatii et curiae,
caeterisque contrariis non obstantibus, quibuscumque,
que sententiarum &c. pro plene &c. Quae quidem
praescripta Commissionis apostolicae sedula in
eodem Tribunali Signaturae Iustitiae abignata
fuit, mediante rescripto et resolutione infrascriptis
nempe circumscriptis omnibus gestis coram Tribu-
nali laico ad Rotham, cujus in executionem
Rescripti Nos successively denuo citato, eodem Reve-
rendo Josepho Praeposito et Parocho Polylicensi
hic in curia praedicta per eandem audientiam
litterarum contradictarum, attenta illius contu-
macia in comparendo ad videndum in executionem
suprascripti Rescripti Signaturae Iustitiae eman-
nati die 27. Februarii ad relationem N. P. Domini
Mutti mandari purgari, attenta per Reverendum
Parochum Polylicensem citatum in partibus
commissa, ob recursum habitum ad Iudices laicos
Tribunali S. Domini Iudicis apreforcialis Leopoliens-
is et pro effectu purgationis attentatorum circum-
scribi causam et aboleri omnia acta, gesta et facta

f. in

in D^o Tribunali appesoriati super praetensa
 praestatione Decimarum a rusticis ruthenis vil.
 latum Kamionka et Hrebenna contra formam
 Decisionum sententiarum et rei judicatae in
 sacra Rota emanatarum, nec non videndum
 causam hujusmodi remitti et Declarari spectat,
 ne ad eandem sacram Rotam, eundemque
 R. D. Parochum Potylicensem citatum in
 omnibus expensis, damnis et interese con.
 demnari, ac insuper inhiberi eidem R. Parocho
 Potylicensi citato, ne sub sententiis, censuris
 et poenis ecclesiasticis attentatorum atisque
 arbitris h. v. audeat seu praesumat, in causa
 hujusmodi quidquam in partibus innovare
 seu attentare. Qua citatione ut supra ex-
 epta mandavimus, purgationem attentatorum
 ut supra commissorum, ac respective cir-
 cumscriptionem, cassationem et abolitionem
 actorum ut proferatur gestorum in D^o Tribu-
 nali appesoriati, ac causam hujusmodi ad
 sacram Rotam remissimus, ac inhibuimus
 R. D. Parocho Potylicensi sub excommuni-
 cationis, suspensionis, interdicti, atisque eccle-
 siasticis sententiis et poenis, quidquam in
 causa hujusmodi innovare in partibus, prout
 latius continetur in instrumento Nostro De-
 creti semper facti, sine Nostri litteris semper

expeditis die 4. Martii proxime elapsi, ad
quas &c. Quibus quidem Nostris literis, sive
instrumento Decreti antedicti R. D. Parocho
Potylicensi legitime intinere in partibus praesentatis et notificatis, prout Nobis narratum fuit, illis tamen idem R. Parochus
Potylicensis non solum parere recusavit,
quinimo ad prosecutionem causae et causa-
rum hujusmodi coram eodem Tribunali appo-
sitorum alisque forsitan iudicibus et Tribunalis
Devenire, atque ad alios actus judiciales im-
mota praefatos J. P. instantes procedere nulli-
ter tamen et attentare, ac in contemptum
et vitipendium praefatorum Rescripti plenae
Signaturae et Instrumenti Nostris Decreti ut
supra expediti non dubitavit. Quam ob rem pro
parte eorundem Reverendissimi Episcopi et illius
R. P. Parochorum ritus graeci uniti principatum
debita cum instantia expostulatum fuit a Nobis,
ut de aliquo juris remedio sibi ipsis provideri dig-
naremur. Nos itaque instantiae hujusmodi uti
justae annuentes, has praesentes litteras Nostras
citatorias adversus antedictum R. D. Parochum
Potylicensem modo et forma infrascriptis Decernimus
et relaxavimus, prout Decernimus, relaxa-
vimus et ad partes expediri mandavimus. Quo circa
tenore praesentium vobis omnibus et singulis

supradictis, quibus praesentes diriguntur aut praesentabuntur, et vestrum cuilibet in solidum committimus, ac in virtute sanctae obedientiae et sub mille Ducatorum auri de camera/lovis piis applicandorum, et pro illis mandari exequi, ac in juris subsidium excommunicationis, suspensionis, interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis censuris et poenis ex parte praelibati Sanctissimi Domini Nostri Papae, mandamus, quatenus statim visis receptisque praesentibus et postea, quam praesentium Nostrorum literarum vigore pro parte et ad instantiam praedictorum Reverendissimi Episcopi Chetimensis ejusque R. R. Parochorum ritus graeci uniti fueritis requisiti, seu aliter vestrum requisitus fuerit, legitime citetis, ac citari faciatis et procuretis praefatum R. D. Josephum Psarsaceorviki Praepositum et Parochum Potylicensem ex adverso principalem colligante personaliter, si personam ejus commode habere poteritis, sin minus per dimissionem copiae praesentium litterarum domi ejus solitae residentiae et permanentiae, si tutus dabitur vobis accessus, alioquin per affixionem copiae praesentium ad valvas majoris ecclesiae Chetimensis et parochialis sub qua moratur, prout Nos per praesentes eundem peremptorie citamus, quatenus sexagesima die ab executione praesentium computanda

compareat Romae in Iudicio legitime coram
Nobis per se vel patronum suum legitimum
ad defendendam causam, quare Declarare non de-
beat, si incidisse in censuras, sententias et
punas in supradictis Nostri instrumento
Secreti purgationis attentatorum et literis De-
super expeditis contentis et expressis ob non po-
sitionem eisdem, ac rescripti respective Tribu-
nalis signaturae Iustitiae Demandantis causam
hujusmodi super praetensa praestatione decimarum ab
agricolis ruthenis villarum Kamionka et Hrebenna spectare
ad Sacram Rotam, circumscriptis omnibus gestis coram
D. Iudice laico litterasque Declaratorias censurarum ut
supra comminatorum Decerni et relaxari in forma Iudi-
si in termino praefixo non comparuerit et sua jura dedux-
erit non curaverit, Nos nihilominus ad ulteriora procede-
mus in causam hujusmodi, usque ad sententiam Declara-
toriam censurarum atque ad alia juris et facti graviora
remedia, contumacia et absentia ejusdem R. Parochi Poly-
licensis non obstantibus, abolutionem vero in praescriptis
Nobis vel superiori Nostro tantummodo reservamus. In
quorum fidem praesentes fieri et per infrascriptum R. P.
D. Auditorem Nostrom, ac Notarium causae subscriti, ac
sigillo Nostro fecimus communitari. Datum Romae ex edibus
Nostri Anno a Nativitate Domini Nostri Jesu Christi
1744, indictione septima die vero Decima quarta Augusti
Pontificatus antem Sanctissimi Domini Nostri Benedicti
Quinta Providentia Papae XIV. Anno ejus quarto. V. Par-
racciani Auditor. L. S. Vincentius Licellius S. Palatii
Apostolici causarum et Sacrae Rotae Notarius. J



Status causae Levitibus et Reverendis,
sini Notodkienice Episcopi Chetmensis ritus
gracci cum Reverendo Barsaxewski Praepo,
rito Potylicensi in Curia Romana 1744.
Chetmensium Decimarum.

Beatissime Pater! Sicut Devoti Sanctitatis Vestrae
 Cratores Episcopi, Clerus ritus gracci latino unitus
 nec non R. R. Parochi et Presbyteri ejusdem ritus,
 villarum Hamionka et Kriebenna sint et reperian-
 tur in pacifica et actuali possessione percipiendi
 decimas manipulares seu praediales a rusticis et
 agricolis ruthenis, vigore quam plurimum sententia-
 rum, quae diversis temporibus emanarunt in Sa-
 cras Romanae Auditorio coram bon. mem. R. R.
 J. P. Taia, Bourlemont, et Emerix, quae subinde
 in rem judicandam transierunt, cum successiva etiam
 et affectiva literarum executorialium et Declarato-
 riarum expeditione ob non partitionem ejusdem sen-
 tentiarum et executorialibus factam, adversus Reveren-
 tissimum Commendatarium Capitulum et Clerum
 Ecclesiae cathedralis Chetmensis, ritus latini, om-
 nesque alios dicti ritus latini, latius in praedictis
 literis executorialibus nominatos, nihilominus hiis
 omnibus praemissis non obstantibus, quidam Andreas Jo-
 sephus Barsaxewski Parochus Potylicensis latinus
 in executionem praemissarum sententiarum rotalium
 in rem judicandam transactarum, non minus nulliter

omnibus
 signanda.

quam attentate licitum sibi fecit Ruthenos supra,
 dictarum villarum vocare in iudicium coram Tri-
 bunalis seculari, scilicet iudice apseporiali Leopolen-
 si pro praestatione Decimarum, a quo Secretum
 favorabile reportavit; verum quia P. S. vigore dicta-
 rum sententiarum rotalium in iudicatum trans-
 actarum, nulli adversarii praetensio potuit ac po-
 test examinari, quam in Dico Sac. Rotae auditorio
 ex quo omnes alii etiam ecclesiastici iudices cog-
 nosci nequeant de viribus rotalium resolutionum.
 Idcirco supplicant humilliter Sanctitati vestrae ora-
 tores praefati, quatenus dignetur circumscriptis om-
 nibus gentis coram Tribunali laicali praedicto, ac
 singulari attentatis causam huiusmodi ad Sacram
 Rotam remittere, sin minus causam et causas ap-
 pellationis &c. una cum omnibus suis incidentibus
 dependentibus, emergentibus, annexis et connexis,
 soloque negotio principali, alicui ex vestri palatii
 apostolici causarum auditoribus, audienda et cogno-
 scenda committere et mandare cum facultate iu-
 sandi &c. quos quibus &c. constitutionibus apostolicis
 stylo palatii et curiae, ceterisque in contrarium
 non obstantibus quibuscumque statum &c. pro plenius.

Anno Domini 1738

Die 20 Julii Leopoli

Ad Acta praesentia Curiae metropolitanae totius
 Rufinae in meo &c. veniens personaliter A. D. Dome,

Supradicta
 Commissionis
 pro iudicando
 hae Supremo
 Tribunali per
 Senales Pares
 et Advocatis
 praesentata fuit.

/.

viri Twardyewicz Ritus graeci latine unibi Pa-
 rochus ad ecclesiam tituli Preciosissimae Virginis
 Mariae in suburbio Leopoliensi fide bona reco-
 gnovit, se die hodierna, accedendo personaliter
 Reverendum Josephum Barsucewicz Praeposi-
 tum Polylicensem, eidem ad manus proprias, in-
 scriptorum remediorum juris Romanorum
 in Caerentario ecclesiae cathedralis latinae
 Leopoliensis, hora circiter undecima antemer-
 diana, copias tradidisse, originale demonstrasse,
 terminum assignasse, ceteraque, quae in dictis
 remediis demandata sunt feliciter executum
 fuisse, haecque fideli relatione facta, idem supra-
 factus Ritus Twardyewicz petiit eadem reme-
 dia juris Romana ad Acta praesentia suscipi,
 eidem inseri et ingrossari, quod prout de jure
 obtinuit. — Sequitur tenor citationis pro adven-
 sa signatura, qui brevitatis gratia omittitur.
 Post quorum quidem remediorum luviae Ro-
 manae insertionem et ingrossationem supraro-
 minatus ad modum offerens originale ipsum ad se
 suscepit, et de recepto cancellariam quietavit.
 P. Demetrius Twardyewicz Parochialis Ecclesiae
 B. M. V. Leopoliensis manu propria.

Sequitur legalitas in forma.
Summarium.

Christi nomine &c. pro Tribunali &c. per hanc

Num. 1.
 Sententia
 A. G. Wiman

quia definiti-
um fuit, de
causas ab uni-
colis ritus
graeci S. R. E.
unitis, et de
bonis ipsorum
debitis spectat,
re ad clerum
eorum ritus.

nostram sententiam definitivam &c. in causa et
causis &c. inter Venerabilem Clerum Chetmensem
ritus graeci unitum cum S. R. E. ex una, et
Ratum Dominum Joannem Bobrowski Commen-
datarium Chetmensem latini ritus partibus ex al-
tera, de et super exactione sine adjudicatione Deci-
marum a Rutenis graeci ritus cum S. R. E. uni-
tis et de bonis ipsorum debitas spectare et pertine-
re, ad Venerabilem Clerum ritus graeci cum ea-
dem S. R. E. unitum, sique adjudicandas fore
et esse, prout adjudicamus, dictoque Commendatario
Chetmeni ritus latini nullum jus, nullamque
actionem super praedictis Decimis ab eisdem Rute-
nis unitis, et de bonis ipsorum debitis competisse,
neque competere, et molestationes &c. per ipsum Com-
mendatarium adversus Venerabilem Clerum praedictum
tam illatas fuisse nullas injuste &c. eundemque Cle-
rum Chetmensem ab iis absolvendum fore et esse,
prout absolvimus et liberamus, eidemque Dno Commen-
datario Chetmenti perpetuum silentium imponimus &c.
ipsumque in expensis condemnamus, quarum taxa-
tionem &c. et ita Dicimus &c. non solum &c. sed omni &c.
Haec pronuntiaui ego Christophorus Widman audi-
tor Camerae. — Lata die 11. Decembris Anno 1710
Pontificatus Sanctissimi Domini Papae Urbani VIII.
Anno ejus 21. Schaffianus Pasquetus Notarius Cau-
sae Camerae Apostolicae.

Christi Domini

Christi Domini &c. Pro Tribunali &c. per hanc
 Nostram Sententiam Definitivam &c. in causa &c.
 quae primo et in prima &c. deinde coram Nobis in
 secunda &c. versae fuerunt et vertuntur instantia
 inter Reverendum Joannem Polronski Commenda-
 tarium Chetmensium latini ritus, ac Capitulum Cano-
 nicos et Clerum Chetmensium ejusdem latini ritus ap-
 pellantes ex una et A. R. Clerum et Parochos et
 cleriae cathedralis et diocesis Chetmensis, eorumque
 Reverendissimum Episcopum Chetmensium ritus graeci
 S. R. E. unitos appellatos partibus ex altera, de
 et super exactione, seu adjudicatione Decimarum cir-
 ceterum Episcopo, Clero et Parochis graeci ritus a Pru-
 senis dictae civitatis et diocesis Chetmensis ejusdem
 ritus graeci S. R. E. cleriae unitis, fuisse et esse debi-
 tas dictas decimas et ad eundem spectasse et perti-
 nisse, ac spectare et pertinere, eisque fore et esse
 adjudicandas per omnes Ruthenos ritus graeci dictae
 civitatis et diocesis Chetmensis S. R. E. unitos,
 prout adjudicamus et solvi, ac respective per eos,
 ceterum Reverendissimum Episcopum, Clerum et Paro-
 chos dictae civitatis et diocesis dicti ritus graeci
 S. R. E. unitos exigi volumus et mandamus, ac
 pro exactione praedictae mandatum seu mandata &c.
 relaxanda fore et esse, prout relaxamus &c. nec non
 sententiam A. C. in omnibus approbandam fore
 et esse dicimus, prout approbamus &c. et secundum

Num. 2.
 Sententia Ro-
 talis A. C. in
 omnibus con-
 firmatoria.

praemissa bene per dictum A. C. iudicatum, et male
per dictum commendatarium capitulum canonicos
et Clerum Chetmensem latini ritus appellatum,
victosque victoribus in expensis condemnamus &c.
et ita dicimus &c. non solum &c. sed et omni &c.
Ita pronuntiari Flaminius Taja S. R. Auditor
et Iudex Comm: -

Num 9
Sententia Decla-
toriae Sacrae
Aetate obno-
factam paritio-
nem a Clero
Chetmensi ritus
latini.

Per hanc Nostram declaratoriam sententiam &c.
pro Tribunali sedentes &c. in causa et causis &c. de
et super partitione mandato de manutenendo a Re,
reverendissimo Episcopo, capitulo et Clero, et Parochis
civitatis et diocesis Chetmensis ritus graeci concessio
in possessione seu quasi exigendi divinas personas,
les praediales et manipulares a Christi fidelibus
ritus graeci diocesis Chetmensis, rebusque aliis &c.
dicimus pronuntiamus &c. praefatos Reverendos
Parochos diocesis Chetmensis ritus latini, nisi in
praesentem a die intimationis huius Nostrae Sen-
tentiae declaratoriae computantur, realiter et cum
effectu dicto Nostrum mandato de manutenendi pa-
ruerint, ex nunc prout ex tunc excommunicationis
poenam damnabiliter incurrere et incidere et
pro excommunicatione publice denuntiamus fore et
esse prout denuntiamus denuntiarique volumus et
mandamus et declaramus, literas declaratorias
denique necessarias et opportunas ad ceduleones
in forma solita et consueta decernendas et relaxandas

/ fore

fore et eque prout decernimus et relaxamus, eodem,
 que in expensis in huiusmodi articulo Declaratorie
 factis condemnandos, prout condemnamus &c. et ita
 dicimus, publicamus et exequi mandamus nos so-
 lum &c. ^{sed} et omni &c. - Ita pronuntiavi ego Anto-
 nius Albergatus Sacrae Rotae Decanus pro R. P.
 D. meo Emerix.

Nos Nicolaus Episcopus Cretensis Vicarius in spiritualibus
 libus Chetmenis &c. caeterisque canonicis principales
 capitulariter ad civitatem Chetmensis, ad effectum
 amicitiae compositionis, cum Reverendissimo Episcopo
 Chetmensi ipsiusque Capitulo et universo Clero Diocesi-
 sis ipsius ritus graeci peragendae congregati inivi-
 mus concordiam immutabilem, eorundem infrascripto
 modo et tenore. Quod cum ex Curia Romana senten-
 tia Declaratoria &c. ut vero Decreto mantentionis
 sedis apostolicae pariter et obedientia Nostra pareat.
 Reverendum Rndum Procuratorem Venerabilis Capitu-
 li Nostrum Chetmensis canonicum ad villas Decima-
 rum subjectas, hactenus per Capitulum Nostrum
 Chetmensis Canonice ritus latini possessas, mitte-
 mus eandem Decimas, quae hactenus per Capitulum
 Nostrum ritus latini exdecimabantur, libere sine
 relictatione quavis et remittentia prout agros ritus
 graeci uniti extradant, cui Decimarum demissioni No-
 strae praedictus Reverendissimus Episcopus Chetmen-
 sis ritus graeci, sive ipse, sive eius plenipotens aderunt,

Nota 4
 Solemnis Con-
 cordia Capitula-
 ritus celebrata
 inter Clerum lates-
 tinum et Clerum
 graecum Diocesis
 Chetmensis.

et

realem ejusmodi Decimarum professionem, earumque
intromissionem recipient, salvo jure in petitorio No,
his Capituloque Nostris Chetmensi ritus latini in to,
to reservato &c. Datum et actum in civitate Chet,
mensi die 19. Augusti Anno Domini 1860. Locus
sigilli Reverendissimi Suffraganei Chetmensis ritus
latini. Locus sigilli Venerabilis Capituli Chetmensis
ritus latini. Stanislaus Fedulinski Canonicus Ca,
thedralis Chetmensis m. p. Stephanus Joannes Siewi,
sonski Canonicus Cathedralis Chetmensis m. p. Locus
sigilli Reverendissimi Episcopi Chetmensis ritus graeci.
Jacobus Suka Episcopus Chetmensis ritus graeci
uniti. Pater Nicolaus Porysonice Episcopus Chet,
mensis ritus graeci Vicarius generalis etiam nomine
Meri ejusdem ritus. Sequuntur aliae subscriptiones.
Sequitur legalitas in forma &c.

Num. 5.
Decretum Sec,
Secii secularis
ab adversario
obtentum.

Augustus Tertius Dei gratia Rex Poloniae &c. Signi,
ficamus praesentibus literis Nostris quorum inter,
est &c. Citatum prae ad Nos, judiciisque Nostra aple,
socialia literis citationis Nostrae Regiae ad reponen,
tum &c. cum pars actorea nempe Reverendus Jose,
phus Starsaczenski Canonicus Legnoliensis &c. per,
sonaliter una cum defensore suo, citata vero scili,
cet Benrosus Georgius Capitaneus personaliter una
cum defensoribus suis coram Nobis, judiciisque No,
stris comparerent diversimode, tam de reponibilitate
Secreti Nostris contumacialis, quam de ipso negotio
/ principali

principali decertarent; intervererunt ad cau-
 sam praesentem. Reverendus Motokiswice Epi-
 scopus Chetmenis ritus graeci uniti, cum devo-
 ti Presbyteri Ecclesiarum in villis Nostris praes-
 nominatis Hreberna et Kamionka consisten-
 tium ritus graeci uniti, ratione pertinentiae
 Decimae villarum Nostrarum Hreberna et Ka-
 mionka ad presbyteros ritus graeci earundem
 villarum ex administratione sacramentorum
 totius ritus graeci uniti in eisdem villis No-
 stris existentibus praetensae, et Decreta Curiae
 Romanae cum Venerabili Capitulo Chetmenis
 cathedrali lata exhibuerunt per Nobilium Hra-
 zinthum Makowksi Monipotentem suum, et
 amque interventionem admitti et dictis Parochis
 Decimam permentionatam villarem adjudicari pe-
 tuerunt. In contrarium Venerabilis Actor inter-
 ventionem praefatam impugnando suam ecclesiam
 Parochialem esse in usu et possessione exercendo
 rum sacramentorum incolis praefatorem villa-
 rum, proindeque eandem Decimam suae ecclesiae
 spectare et pertinere debere replicavit, dictamque
 interventionem reici debita cum instantia postula-
 vit. Nos cum consiliariis et jurisperitis Nostris
 eo potissimum attente, quod intervenientes nulla
 specialia jura ad recipiendam Decimam de qua
 res est, producant &c. ideo competenti actoratu et
 / actione.

A.
 Coram Iudicio
 laico exhibitae
 fuerunt Decreta
 Curiae Romanae

B.
 Parochus postu-
 lat instantiam
 Authentice
 fundatam super
 notabilibus Decre-
 tis esse reicienda
 tam.

actione Venerabilis Actoris Parochi moderni Potylicensis ritus latini adinventis, rejectaque interventione interuenientium, eidemque Venerabili Actori ejusque ecclesiae parochiali Potylicensi Decimarum in mani, puit ea omnibus agris et arcturis praedialibus villa, rum Hreberna et Hamionka dictarum perpetuo adjudicamus et quatenus tam in praesenti anno quam in futurum omnes coloni et incolae utriusque ritus in praenominatis villis Nostris Hreberna et Hamionka existentes ex agris seu colonarum missalia in grano per medium struum mensurae Poltensis Venerabili Actori, ejusque succedaneis Praepositis Potylicensibus abstrahi curent. Et quamvis pro praeteritis Annis liquidatio valoris earundem Decimarum et missalium intra spatium quatuor mensium ab actu praesentis Decreti computandorum componant sub forma banitionis perpetuae in Officio castrensi Leopoliensi publicana et exequenda Demandamus, Decreti Nostris praesentis vigore. In cujus rei fidem praesentibus sigillum Regni est appensum. Actum Leopoli feria quinta ante Dominicam Quadragesimalem Anno Domini 1700. Regni vero Nostris Anno quinto. Andreas Fratensis Episcopus Sucecoriensis Supremus Regni cancellarius. Locus sigilli cancellariae Regni. Michael Nagrodaki Referendarius et Secretorum Curiae Regni Notarius manu propria. —

Chadmerium

Chetmensium Decimarum

1. Reverendissime Pater. - Centum ab hinc annis
 acerrima orta fuit lis et controversia inter Reveren-
 disimum Episcopum universumque Clerum et Pa-
 tros totius Diocesis Chetmensis ritus graeci cum S. R. E.
 unitos ex una et Reverendum Episcopum totumque Cle-
 rum latinum ejusdem Diocesis et civitatis ex altera
 partibus super exactione et praestatione Decimarum
 tam praecialium quam personalium solvendarum ab
 incolis ritus graeci S. R. E. unitis eorum respective Pa-
 rochis.

2. Hanc acerrimam Disputationem sub Die 11. Decembris
 anni 1648 Auditor curiae Wiedman examinavit, illamque
 Definitit, pronuntians Decimas ab hominibus ritus
 graeci unitis et de bonis ipsorum debitas quectare et
 pertinere ad Venerabilem Clerum Chetmensem ritus
 graeci, eique propterea adjudicandas fore et esse, prout
 latius continetur in sententia, quae registratur in Sum-
 mario N. 1.

3. Devoluta postmodum causa ad Sacram Rotam sub Die
 4. Maji Anni 1665 coram R. P. D. Taja prodiit resolutio
 favore Cleri ritus graeci, ut ex Decisione 297, parte 14
 recentium, in cujus sequentiam promulgata fuit senten-
 tia rotalis A. C. confirmatoria Summario N. 2. a qua
 cum interposita exhibitisset appellatio hujusmodi, contro-
 versia commissa exhibitit R. P. D. Bourlemont, coram
 quo praefatus Episcopus et Clerus Chetmensis ritus
 / graeci

gracii obtinuerunt. Supplicari debium super manuten-
tione et favorabilem impetrarunt resolutionem, ut
in Decis. 1193. part. 14. recensitum, proindeque capedeto man-
dato de manutenendo. cum latini recusaverint debitam
obtemperacionem praestare, et eorum contumacia
nimis pertinax visa fuit, Sacra Rota responsum
edidit pro declaratoria ut liquet ex Decis. 247. part. 15. recent.

4. Porthai Clerus latinus Chetmenis recursum habuit
ad hoc supremum Tribunal, a quo impetravit com-
misionem appellationis cum clausula suspensionis
censuris et sine praesudicio legitimae executionis,
quod Parochos civitatis Chetmenis et simpliciter
quoad Parochos Diocesis ritus latini contendentes, ve-
non fuisse legitime citatos in primo Iudicio proponi-
tum fuit debium, an etiam respectu secundo dicto,
rum Parochorum mandatum rotale esset confir-
mandum, vel potius de novo relaxandum, quod
ad tollendam omnem difficultatem Sacra Rota
dixit de novo relaxandum. sicut colligitur ex
Dec. 31. coram R. P. D. Emerix.

5. Verum reluctantibus huic etiam novo mandato
Rotali Parochis memoratis, latini ritus, debitam
facere partitionem sub die 1. Julii 1672. Concessa
fuit altera Declaratoria, ut in decisione 129. et adhuc
perseverante eorum pertinacia sub die similiter 1. Ju-
lii 1676. Demandata quoque fuit consuetudinum aggra-
vatoria, ut in Dec. 314. coram praedicto R. P. D. Emerix

in quantum

in quarum resolutionum executionem expedita fuit
sententia una cum invocatione brachii secularis
pro consequenda debita ab universo clero Chetomensi
ritus latini partitione. Summario N.º 3.

6. Perterritus clerus latinus a substantisque rotalibus
resolutionibus, devenit ad solemnem compositionem cum
Episcopo illius temporis ejusque clero ritus graeci, qua
conclusionem castitit, ut non solum plenaria ab universo
clero ritus latini praestaretur rotalibus mandatis obe-
dientia, sed etiam assumeret in se onus, ut Reverendissimo
Episcopo ejusque clero ritus graeci Chetomensis Decimas,
quae hactenus per Capitulum ritus latini exdecima-
bantur, ab incolis ruthenis, libere, sine relictatione et
sententia rutheni homines et incolae eorum Parochis
et Probyteris ritus graeci in posterum extraderent, et in
realem ejusmodi Decimarum profusionem immitterent,
cum reservatione tamen eorum juris in petitorio sibi
salvo jure, in petitorio Nobis Capituloque Nostris Chetomensi
ritus latini in toto reservato, ut patet ex contextu
ejusdem concordiae registr. in Summario N.º 4. -

7. In sequelam hujus compositionis celebratae inter supra-
dictos litigantes semper et inviolabiliter observare, fue-
runt recensitae rotales sententiae in rem judicatam
Armatiae, ita ut clerus latinus a latinis, clerus vero
graecus a graecis totius civitatis ~~et~~ et Diocesis
Chetomensis Decimas sine ulla controversia exigerit. -

8. Nuper vero P. Josephus Barsacensis Parochus Poty,

/ licentis

licensis Diocesis Chetmensis latini ritus habent intra
vicinia ejus Parochiae duas villas Khamionka et Hre,
benna, in quibus homines ritus graeci latino uniti
incolatum habent, ibidemque pariter ecclesiae et Pa-
rochi ejusdem graeci ritus existunt, a quibus sacra-
menta in eorum proprio ritu recipiunt, Dominum
Directum et propeforem earundem villarum ad Iudicia
secularia illarum partium provocavit pro solutione
Decimarum et universitate agrorum earundem villa-
rum, ubi Decretum contumaciale obtinuit, pro cuius
repositione praedictus Dominus Directus instetit, coram
Iudicio aepiscopali civitatis Leopoliensis, in cuius
causae cognitione et agitatione, ut in suo robore
permanerent Decreta Iuriae Romanae obtenta a
graecis saeculo praeterito, Reverendissimus Felicianus
Notodkiensis modernus Episcopus Chetmensis ritus
graeci latino unitus apponit incompetentiam
Actionis Summario Nostra No. 5. litt. A. ex eo, quod
in memoratis villis reperiantur et morantur ho-
mines ritus graeci S. R. E. uniti, qui Decimas
ab eorum agris collectas, Presbyteris Parochis eo-
rum proprii ritus, a quibus recipiunt sacra-
menta, praestant et praestare tenentur, juxta vi-
praesens citatas Decisiones notales et sententias
quas ad majorem etiam cautelam coram eodem
laicali Iudicio de facto exhibuit, ut probamus
in Summario D. n. 5. litt. A.

29

9 His non obstantibus, licet praefatus Parochus latinus, qui vigore hujusmodi effectivae exhibitionis sententiarum rotalium, ob eorundem saltem reverentiam ac ulteriori causae processui absolute sese abstinere tenebatur, nihilominus nimis audacter quamplures ad, versus memoratas Sacrae Rotae resolutiones, proposuit exceptiones, de quibus late in Summario d. n. 5. litt. B. quamobrem in convulsionem earundem resolutionum et sententiarum prodidit Decretum quo Decimae, quae resolutae fuerunt, usque ad haec tempora ab incolis ritus graeci, eorum propriis presbyteris Parocho latino in posterum praestandae ferunt, et quod gravius est d. Iudicium seculare homines ruthenos in supradictis villis commorantes juribus parochiae Stylicensis ritus latini subiecit Summario d. n. 5. litt. C.

10. Unde cum tam grave attentatum et scandalosus occur- sus R. Parochi latinis adversarii ad iudicia secularia tendat in manifestam detractionem recurrentium sen- tentiarum rotalium in rem judicatum transactarum et violentam hierarchiae ritus graeci s. A. E. unitae se- parationem, nullusque alius iudex quamvis ecclesiasticus de viribus et submissentia sententiarum rotalium cognoscere voluisset, nisi praefate Sacrae Rotae Tribu- nal, proindeque expedita consueta commissione, de qua in fronte summarii, illaque personaliter Parocho adversario praesentata, prout constat in calce com- missionis litt. A. instat hodie per contradictas prae-
fatus

fatus Reverendissimus Episcopus Chetimensis ritus
graeci cum parochis eorundem villarum pro circum-
scriptione omnium gestarum coram iudicibus laicis
pro purgatione assentatorum ac pro remissione cau-
sae ad sacram Rotam et voti compos in omnibus
effici non diffidit, quemadmodum sapientissimos pa-
tres humillime deprecatur.

ii. Siquidem cum liquido convincatur ex facto causam
versari inter personas ecclesiasticas, Dum praedicta
Tribunalia laicalia Decimas, quae antea temporibus
persolvebantur, et persolvi omnino debent presby-
teris et parochis ritus graeci, ita mandantibus eorum
sacris Sacrae Rotae Sententiis Summ. N. 1. 2 et 3. in
posterum praestanda esse Parocho Polylicensi ritus
latini, ad instantiam ejusdemmet Parochi decreverunt.
Summ. N. 5, inde fit manifestum, quod tam auctor,
quam reus sint personae ecclesiasticae, proindeque
praefata Tribunalia utpote laicalia fuerunt et
sunt prorsus incompetentia, nullamque potuerunt
exercere jurisdictionem, supra ecclesiasticas perso-
nas, absque manifesto nullitatis vitio ad text. in
cap. Nullus iudicium, si Diligenti de ser. competent, cap.
Clericum ii. quaeft. 1. Nos Fredericus vers. idem sta-
tuimus de stat. consuetud. et usibus feudor. bellet.
Dignit. clerical. parte 1. 2. N. 1. Signatol. consull.
129. N. g. tom. 1.

12. *Transmissa De plano procedunt in hypothesei* Dum etiam personae ecclesiasticae in jurisdictionem laicalem consentiant, non exinde per huiusmodi consensum iidem iudices fieri possunt competentes, quia vulgata est responsio, quod iudicium iudicis laici non est proregabile ex consensu ecclesiasticorum, ex quo funditur et in radice nulla tanquam incompetenti capi. Decernimus, capiti clerici, cap. qualiter De Iudic. Signatell. consult. 122 N. 1. et 2. Tomo 1. Pot. Cor. Cerro Decis. 163 N. 23. et sequent. Itaque est adeo verum ut neque per pactum iuratum possint clerici et personae ecclesiasticae se submittere foro laicali Cap. Si quis clericum cap. in Delegati ubi glos. et D.D. communiter De foro competent. Pot. Coram Cerro dicta Decis. 163. N. 23. et in rec. Decis. 348 N. 23. part. 9. unde respectu personarum colligantium res est inclaris, quod iudices laici fuerint et sint omnino incompetentes, et consequenter ea omnia coram ipsis gesta veniunt circumscribenda et substantiali juris, dictionis defectu. -

13. Respectu vero rei, de qua agitur, iudices laici fuerunt et sunt pariter incompetentes, quia in materia Decimarum Iudex laicus incompetens, ut firmavit nostra prima Decisio, quae emanavit coram R. P. D. Taja im., pressa inter recent. Decis. 294. part. 14. N. 7. et sequent. ibi: Quia inspecta pariter ^{veritate} nulla fuit sane dubitatio de invaliditate ex iudice laico incompetente Decimarum

/ et

et inferius ibi, cum et nulla sit de spiritualibus et
nuncupatione de decimis concedendis vel disponendis fa-
cultas etiam imperialis cap. tua 25 de Decim. monet
de Decim. cap. 8. N. 1. cum ibidem allegatis rebus, de
Decimis quaest. 10. n. 35. cum sequent. Rot. in rei. decis.
239. N. 7. part. 2. Ubert de citat. cap. 13. N. 176 ibi.
En in causa decimarum si testes sint examinati
coram laico non probant, cum laicus sit incompe-
tens in materia decimarum.

14. Et ratio efficacissima ea est, quia decimae debentur
Parochis de jure divino quemadmodum habemus ex sa-
cris paginis in levis. capit. 27 Deuteron. 19 et 2. Paral.
lipom. cap. cum contingent. cap. tua in fine capituli.
Leviticam cap. ex part. il. 2. de Decim. Parionot. Decis.
39. annot. 1. num. 27. Rot. corr. Ansal. Decis. 78 n. 36.
et in trac. Decim. 22. Februarii 1712 Justill. Cor.
Card. Scottor. unde circa ea quae jure divino de-
bentur, laicales personae non presumunt apponere
manus?

15. Demonstrata igitur iudicium incompetentia, fauili
negotio assequimur, causam remittendam esse
ad Sacram Rotam; constat enim in facto quod ex-
peditis coram A. P. D. Emeria Libris Declaratoriis
adversus clericum latinum Notius Diocesis Chetmen-
sis, ob non factam per eundem partitionem mandato
de manutenendo coram eodem expedito Summario
N. 2 et 3 praefatus clericus latinus concordiam colit.

J. bras

bravit cum clero graeci ritus, in qua licet clerus latinus inniserit ad realem possessionem perici, pioni Decimas Presbyteros Antenos, adhuc tamen latini reseruarunt sibi jus in petitorio, ut videtur et in Summario N. 4. versus finem, quapropter stante hujusmodi reservatione cognoscendi hujusmodi causam in petitorio, nullus alius iudex, etiam si ecclesiasticus hujusmodi causam cognoscere potest, quam sacra Rota ut in simili casu firmavit Rot. in Craioviensis seu Sandominienis juris Patronatus 1^{ma} Julii 1712 Coram Ansal. Do ire certo et abbi saepissime. -

18. Quo vero ad attentata haec sunt plusquam evidenter, quoties enim praecesserunt Rot. resolutiones Rotales et mandato de manutenendo relaxata ab Rot. P. P. D. Pourlemont et Emerix, pro quorum plenaria partitione relaxata ulterius fuerint litterae declaratoriae censurarum, ut ex Decisionibus superiorum indicatis, illuc orta fuit ad capianda attentata suspiciens et imperabilis inhibitio, quae jam virtualiter et eminenter continebatur in praefatis mandatis a Rota decretis; proudeque quum Parochus latinus adversarius recursum habuerit ad iudices laicos et obtinuerit Decretum penitus destructivum eorumdem rotalium resolutionum Summario N. 5.; absolute fateri debemus, quod attentata commiserit, quia statim effective turbavit illam possessionem

Sionem

sionem percipiendi decimas, repetitis viribus canonici,
sententiam a Sacra Rota favore Ruthenorum, quodque
gravius est contra praedictam inhibitionem iniis-
tam in ipsis mandatis de mansuetudo, et con-
tra ipsa mandata ire praesumit, et consequen-
ter attentavit de facto ex ponderatis per Rot. Cor.
Maffie. Decis. 184. N. 1. in fin. Cor. Priot. Decis. 120 n. 1.
et Cor. Ansal. Decis. 87. n. 17. et satis ad rem in
Craioviensi seu Sandomiriensi Juris patronatus sui,
per attentatis t. Julii 1712. act ex opposito cor.
eodem Ansal.

12. Quinimo indubitabile est, quod si super aliqua con-
troversia necdum interveniat iudicatum manus
apponerit supremum ecclesiasticum Tribunal, ut
est Rota, simplex recursus, simplex auditio alio-
rum iudicum sive laicorum sive ecclesiasticorum
inducit attentata, ut est text. in cap. ut lite per-
dente in 6. Rota cor. Priot. Decis. 108 n. 23. coram
Ollobon. Decis. 32. n. 1. et sequent. et Decis. 159. n. 2.
part. 19. Tomo 1. recent. et prosequitur dicta Decis. Cra-
coviens. Juris Patronatus super attentatis t. Julii
1712. ire certo cor. Ansal. praesertim ubi ligendo
constat de recursu ad laicos, prout in casu nostro
evidenter probatur. in Sum. N. 5. ultra caeteras
poenas a Sacris Canonibus merito inflictas atten-
tata recurrentium; redduntur prosum inexcusabilia
ut inquit Lancellot. De attent. part. 1. cap. 1. a num. 59

/ cum

cum sequenti; et cap. 4. sub N. 59 cum aliisque com-
mutantur in Cracoviens. Praepositurae impressione in
res. Decis. H. S. A. 2. et 3. parte II. et satis apposite cons-
onat laudata Decisio coram Ansaldo in sequenti.

18. Et revera in causi nostro perneceps purganda sunt
ab adversario quia refulgent temeraria, Dum Revere-
rendissimus D. Episcopus Chetmendis ritus graeci et
ejus presbyteri principales coram praefatis iudicibus
laicis Decreta Sacrae Rotae exhibuerunt ad hunc
praecisum effectum, ne praefati iudices sese immi-
scerent; in cognitione hujus causae tanquam incom-
petentes Summario Dicto N. 5. litt. A. et praefatus
adversarius non erubuit illa impugnare, et adversus
illa exceptiones proponere, ac viriliter subvertere praef-
atorum laicorum iudicium competentiam Dicto
Summario N. 5. litt. B.

19. Quae sane facti circumstantiae mirabiliter ostent.
Dum spectantur adversario commissum in vituperandum
Decretorum rotalium, ex quo exhibitis per R. Domi-
num ritus graeci dictis S. Rotae Decretis, adversarius
non valens eorum ignorantiam allegare, sebeat abso-
lute sese ab ulteriori processu coram iudicibus laicis
non autem illa impugnare Summario Dicto N. 5. et
successive si gravatum ab huiusmodi Decretorum exhi-
bitione sese reputaret et impeditum tenebatur recurre-
re ad iudicem et superiorem pro consequenda oppor-
tuna Declaratione vel provisione, quod cum totum
/ appositum

appositum peregerit, incidit propterea in poenam redig
attentatorum, a quorum purgatione immunis evade,
re nequit, ut in terminis firmavit. Rota in citata Gra
coviensi seu Sandomiriensi Juris Patronatus 1. Julii 1712
coram Ansalv. quoties igitur cum ibidem cumulat.

20. Denique gradum facimus ad injuriam, quae pariter
evidens est, quoties igitur A. C. Vidman Anno 1709 Sepu
niversa Decimar a Ruthenis spectare et pertinere ad
clerum Chetmensem ritus graeci S. R. E. unitum,
quodque id ipsum quam in petitorio, quam in posses
sorio demandaverat Scurum Rotae Tribunal coram
A. R. F. P. DD. Taja, Boulement et Emerix, confirma
tum ubinque a solenni concordia capitulariter cele
brata inter clerum latinum et clerum graecum uni
tum civitatis et diocesis Chetmensis Summario N. 4.
percipere quidem non possumus, quo juris et justitiae
fundamento Judicium saeculare Decimas clero graeco
praestandas Parocho latino adjudicare voluerit, quod
que magis est, destrucere potuerit tot resolutiones sa
lares, etiam solenni concordia approbatas, ac De
mum quod monstruam est, homines natos sub
ritu graeco, qui ab eorum incunte aetate usque ad
hodierna tempora, sacramenta perciperunt et recipiunt
sub ritu graeco, adjudicavit Parocho latino Summario N. 5.
21. Praeterquam quod arbitrum in jure est, quod Decimas de
bentur Parocho de omnibus et quibuscunque fructibus
qui infra fines suae parochiae recolliguntur ab ejus
f. parochianis

parochianis ratione administrationis Sacramentorum
 ut sunt vulgata jura in cap. cum contingat. Cum
 autem in Land Nostro incolae Dictarum villarum tan-
 quam ritus graeci Sacramenta recipere nequeant a
 parochis latinis, sed a parochis eorum proprii ritus,
 consequenter Decimas praestare debent Parochis ritus
 graeci, sicuti definitum Sacrum Rotae Tribunal et con-
 sequenter summa injustitia Decimarum fuit a iudicibus
 saecularibus, qui Decimas graecorum latinis adju-
 dicant. Et in eo tantum casu Parochus latinus
 consequi deberet Decimas ab incolis ritus graeci Dicta-
 rum villarum, quoties ostenderet incolas praefatos
 de sanctae sedis indulgentia transitum fecisse de
 graeco ad latinum ritum, alias monstruosum sane
 esset, quod latinus Parochus consequatur solutionem
 Decimarum a graecis, quia admitteretur evidens
 absurdum, et damnabilis confusio in hierarchia Ecclē-
 siae graecae cum S. R. E. unitae, quas sancti ab-
 surda semper jura nostra damnant. Anare &c. Pe-
 trus Pirehi. Signatura Justitiae R. P. D. Nuto
 Chetmensium Decimarum pro Reverendissimo Domino
 Feliciano Noto-Skienice Episcopo Chetmensi ejusque Pa-
 rochis ritus graeci cum S. R. E. unitis ejusdem Diocē-
 cesis, contra R. D. Josephum Barvaxenenski. Paro-
 chum Polybionem ritus latini facti - Proponam die
 jovis 27 Februarii 1747 pro prima L. Nubi. Typis
 de Comitibus 1747. —

Skanowanie i opracowanie graficzne na CD-ROM :



ul. Ostatnia 17

60-102 Poznań

www.digital-center.pl

biuro@digital-center.pl

tel./fax (0-61) 665 82 72

tel./fax (0-61) 665 82 82

Wszelkie prawa producenta i właściciela zastrzeżone.

Kopiowanie, wypożyczenie, oraz publiczne odtwarzanie w całości lub we fragmentach zabronione.

All rights reserved. Unauthorized copying, reproduction, lending, public performance and broadcasting of the whole or fragments prohibited.